



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Dispvtatio De Statv In Qvo Sint Beatorvm Animae Post
Hanc uitam, ante ultimi iudicij diem**

**Dévay Biró, Mátyás
[Nürnberg], [1537]**

VD16 D 1300

Censvra Monachi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34195

APOLOGIA QVARVNDAM PRO
POSITIONVM, SVM MAM DOCTRINAE
Christianæ continentium, contra indoctas censuras,
indocti Franciscani, Gregorij Zegedieñ.

Per Matthiam Deuay Hungarum.

PROPOSITIO PRIMA MAT-
THIAE DEVAY HVNGARI.

T'ota scriptura duas habet partes, legem & promissio-
nem.

CENSURA MONACHI.

T'ota scriptura quinq̄ habet partes distinctas ultra le-
gem et promissionem, comminationem, permissionem,
consilium, quæ nec sunt lex nec promissio.

CONDEMNATIO CENSURÆ.

IN confesso est omnibus, qui scripturas sacras uel summis
ut aiunt digitis attigerunt, eas in duas partes diuidi, in le-
gem & promissionē. Nam quicquid requirit a nobis aliqd,
lex est. Quicquid pollicetur, promissio. Huius promissionis
annūciationē puto proprię Euageliū dici. Porro Apostolus
scribit Timotheo, 2. Ti. 2. ut sit Dialectic⁹, cuius partes sint
recte secare uerbum ueritatis, non dubium quin in legem
& promissionem, ut lege perterrefaciat corda, promissionē
consoletur. Par siquidem impietas est, uel conscienti-
as in desperationem adigere legis prædicatione, qui mos
est Monachorum, uel libertatem carnalem promittere, quæ
pestis